

Pens. Quanta putas ex hac matione inter
aiam et verbum familiaritatis gratia oritur.
quanta de familiaritate sequatur fiducia? Non
est (ut opinor) quod iam talis anima dicere vere
atur. dilectus meus mihi. quod ex eo quod se dilige
re et vehementer diligere sentit. etiam diligere
nihilominus vehementer non ambigit: ac de
sua singulari intentione. sollicitudine. cura
opera. diligentia. studioque quo incessanter
ardere inuigilat quodam modo placeat deo
equae hec omnia in ipso indubitanter agnoscit
recordans permissionis eius. In qua men
tura mensi fueritis remittet vobis: nisi quod
redhibitione gratie prudens sponsa ad suas
magis cauta est trahere parte. sciens se po
tius puenit a dilecto. Unde est quod illi ope
ram praefert. Dilectus (inquies) meus mihi
et ego illi. Ergo ex propriis que sunt penes
deum agnoscit. nec dubitat se amari quam amat
Ita est. Amor dei amore anime parit. et il
lius percurrens interior intentam animam facit.
sollicitudoque sollicitam. Nescio enim qua vi
cinitate nature cum semel reuelata facie glo
riam dei speculari anima poterit: mox illi
se conformari necesse est. atque in eandem ima
ginem transformari. Igitur qualis te paraue
ris deo: talis oportet appareat tibi deus.
Cum sancto sanctus erit: et cum viro inno
cente innocens erit. Quid ni eque et cum ama
te amans. et cum vacante vacans. et cum inten
to intentus. et sollicitus cum sollicito? Deni
que ait. Ego diligentes me diligo. et quod ma
ne vigilauerint ad me inueniet me. Vides
quomodo non solum de amore suo certus te
reddat. siquidem tu ames illum: sed etiam de
sollicitudine sua: quam pro te gerit: si te sense
rit sollicitum sui. Vigilas tu: vigilat et ille.
Torsurge in nocte in principio vigiliarum tuarum.
Accelera quantum vis etiam ipsas anti
cipare vigilas: inuenies enim non puemias
Temere in tali negotio vel plus aliquid tri
buis tibi vel plus: et magis amat et am. Si
hec omnia scitis: imo quod scitis miraris quod illa ma
testate quasi cetera non curant soli sibi inte
dere gloriis: cui soli ipsa postpositis curis
omnibus tota se deuotione custodit. Sermo
fine desiderat. sed vnum dico spiritualibus
qui in nobis sicut. mix quidem. sed vere. ani
mam dei videntem hanc secus videre quam si
sola videtur a deo. Ea ergo fiducia dicit il
lum intendere sibi. sequi illi. nihil praeter se et
ipsum videns. Bonus est deus anime quatenus

ti te. occurris. amplecteris. sponsum et hi
bes qui dominus es. immo qui es super omnia
deus benedictus in secula Amen.

Sermo lxx.

Dilectus meus

Dilectus meus mihi: et ego illi. qui pascitur inter
lilia. Quis huic iam impudet
sumptu vel insolentia. si se dicat in iusse socie
tate cum illo qui pascitur inter lilia? Etiam si in
ter sidera pascere: eo solo quo pascere tur
nescio quod magnam videri possit cum eiusmodi
amicicias seu familiaritatem habere. Alio
quod plus ignobiliter huius sonat pasci. Hinc
vero cum pasci inter lilia prohibetur. delecti
onis adiectio longius amouet et propulsat
temeritatis notam. Quid enim sunt lilia? Iux
ta verbum domini. fenem quod hodie est et cras
in clibanum mittit. Quam est iste qui fenem
pascit. quasi vnus agnos aut vitulorum?
Et agnus plane et vitulus saginatus. Sed
tu forte vigilans aduertisti. non pabulum in
loco designari: sed locum. nec enim dicitur esse
lilium cum pasci: sed inter lilia. Esto. Non
fenem comedit ut bos: fenem tamen versari et sur
per fenem discutere instar vnus de turba
quod eminente habere potest. Quid pro glie
hinc habere dilectus illum quod hoc egerit? Et
similiter quod de seipso se verendum et cautela pru
dentie et loquendo satis apparuit: vix dispo
nens sermones suos in iudicio et reze gloriam
boz modestia ipans. Alias autem non igitur
vnum esse et quod pascit et quod pascitur: inter lilia com
moratur et regnat super sidera. Ac libere hu
milia dilecti memorat: propter humilitatem quod de
ut dixi. magis astitit quod exinde cepit esse dile
ctus et pasci. Nec modo exinde sed ide. Nam
quod in altissimis est dominus: in imis est dilectus. super
sidera regnas. inter lilia amas. Amabat et
super sidera. quod nullus et nunquam potuit non ama
re. quod amor est. sed donec ad lilia descendit
pasci inter lilia cooperit est. nec amatus est
nec factus dilectus. Quid? Non amat et a pri
archis et prophetis? Est. Sed non prius quam vi
sus est et ab ipsis inter lilia pasci. Nec ei
non viderunt quem prouiderunt. nisi ita quis
absque spiritu sit. ut videntem in spiritu putet vide
re nihil. Vnum ergo videntes (nam sic prophete ap
pellati sunt) si nihil vident. In est quod voluerit
videre que non videntur. Nec enim poterat
velle videre in corpore quem in spiritu non vidissent